

sis fenti horam ostendat. Dorothea viduae sorori iuencula: quae vendus est maritus ad rem tu-
tandam. Eum inuenire non erit difficile, tam integra aetate, tam res laeta. Quintinus Bary Hamburgae
est homo in primis fidelis ac diligens qui non eget nostra exhortatione. De cancellario sepe idem
nuntiatum fuit, tandem euentus respondit. Si vera sunt quae de viro predicantur: acer purioris do-
ctrinae hostis fuit. Cassandri illa contagio est, quae vestrum Aulam quanta est, infecit. De carolo sunt
accerta, quae narras. O iuuenis infelicissime: quem magnifice exorientem inimici hominis impetus, in-
cusoditum abripuit, obruit, exstinxit. Nonne Dominus ipse facit haec omnia? qui visitat iniquita-
tem parentum in filios, qui toruo vultu insinuatur sceleratos, ut perdat de terra memoriam eorum.
Qui denique accendit in furore suo ignem, & usque ad inferni nouissima defecit. Turca legatio ad pon-
tificem congruit cum illo Euangelista. Ait latro ad latronem. Nam ut vastatio Turca: ita &
Pontificia tyrannis quid est aliud nisi horribilis ira Dei foetissimum verbi sui contemptum vine-
dicantis. O nos beatos qui reconciliati sumus Deo per sanguinem filij ipsius dilecti, per quem habemus
redemptionem ut immunes simus a laqueis mortis, & ab ira ventura. Quasi nos quoque non ex-
pertes crucis sumus, dum in terris peregrinamur: paterna haec est Dei procuratio repurgandis ani-
mis nostris: ut tandem eius regno apti simus. Vale 6 Idus Aprilis 1611. cum tuus nepos adhuc
abisset, hinc Hamburgam profectus, & ego Emdam ad amicos salutandos iter instituissem, va-
ridis fractus rebus in Schola domus constituendis. salutem dic Matri, fratri Arnoldo, & fa-
milias. Tu autem de non missis literis, ^{apud} fratrem me excusa. [8. IV. 1595]

Cui studiosissime Johannes Molanus.

Nr. 247)

Pax Christi. Bremensia J. 11. p. 610

D. Herberto

Charissime vir lego sepeus & relego, quae de mutato vitae statu grauius & erudite disputasti:
beatus es qui ista sentias, neque id solum: sed etiam ita loquaris & viuas. Illos sinamus, caeci sunt,
& duces coecorum. Recitarunt heri Scholares nostri ex Psal. 89. Aetatis nostrae spatium an-
ni septuaginta. Hoc vitae spatium ego jam attingi, & nisi fallor numerando: transendi. Quid
igitur restat? nisi ut sarcinulas colligam, & animo quieto, quoad possum, Saluatoris aduen-
tum expectem. Dominus modo praebet mihi aurem inuocanti, cum affligor, properet, an-
nuat mihi. Senectus vitalem succum exsiccat (sentio) & ad interitum vergit. Haec tamen
mihi lentunt exercitationes scholasticae: quibus intentus, dum semper puerorum multitudine
nem ante oculos habeo, nihil cogitare possum minus: quam me senem esse. Atque haec etiam
causa est, cur, quum videam canos meos, retineam tamen nescio quid, iuuenilis vel stultiti-
ae, vel iucunditatis, quod saepe conatus sum velut furca abstersitum repellere: sed resistit
stimulis, & usque recurrit. Itaque letam & pinguem senectutem ago, ut annuntiem, quod recte
sit Iehoua, rupes mea, & non sit iniquitas in eo. Valde velim frater ex animo mihi venen-
de, sicut iam saepe admones ad te isthuc excurrere, & tecum in isto exilio recreari: sed arctius
constringor hinc scholaribus: hinc domesticis vinculis, quam ut pedem extra limen proferte
queam. Graue onus est quod sustineo cui vix possum ferendo par esse. Ornavit nos Domi-
nus honestissima corona studiosorum adolescentum: quae quotidie fit auctior atque illustri-
ori. Ei sex magistri respondere non possumus, & nostri tenaciores semper erga me fuerunt
quam

a Langst
mihil vix
in villa sua
Torgem

575

140
129

Asc
a. 12
Nr. 239